Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

II. Actus Fiduciæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

non vivam ego, non tantùm tangens ſed & manducans carnem tuam & ſanguinem tuum bibens? præſertim cùm tam diſertè promiſeris: *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam* Joan. 6.

II. Actus Fiduciæ.

I. SI tanta vis ſub veteri Lege erat in figura, quanta in Legis novæ figurato erit? Eſus carnis Agni & ſanguis ejus domibus aſperſus à morte præſervabat Hebræos, cùm omnia Ægypti primogenita perirent: & tua, O Agne Dei! caro & ſanguis ſacratiſſimus me à morte tueri & vitam ſpiritualem conſervare non poterit?

II. Si tanta virtus erat in Umbra, quanta in veritate erit? Manna cibus erat medicinalis, & à morbis comedentes præſervabat: *non enim erat in tribubus eorum infirmus* Pſalm. 104. Quid igitur non efficies, O divinum Manna, millies efficacius! quos morbos quantumvis inveteratos & radicatos non abiges?

III. Manna illud antiquum, licèt morbos curaret, à morte tamen & ſenectute non præſervabat: *Patres* enim *noſtri*

manducaverunt Manna & mortui ſu-
qui verò *manducat hunc panem*, hoc
vum manna, *vivet in æternum.* O Ma-
na cœleſte à morbis vitiorum libera m
à ſenectute, torpore & tædio virtutis
præſerva: ac denique à morte tam pri-
peccati, quàm ſecundâ æternæ dam-
tionis potenter me defende.

IV. Omnia hæc ut obtineam ſuav-
certiuſque, ô verum & divinum Nec-
& cœleſtis Ambroſia! excita me, re-
me, deguſtem in ſpiritu ſuavitatem tu-
quæ in hoc Sacramento tanquam in fo-
plenariè latet! ut ſpiritu tuo hauſto &
guſtato, omnia terrena deſipiant, om-
carnalia in amaritudinem mihi conver-
tur. O Sanguis pretioſiſſime! lava m
peccatorum maculis, ſana me à paſſio-
bus inordinatis, ſanctifica me virtu-
cimeliis! O Sanguis nobiliſſime! illum
me fidei vivacitate, eleva me Spei c-
tudine, accende me divinæ Charitatis
ne! O Sanguis efficaciſſime! fortific-
magnanimitate patiendi, inebria me d-
derio martyrii, abſorbe me ab omni
creato, in totum eſſe increatum Dei! A-

Quodſi devotionem protrahere lubeat, ac per tempus liceat, more claudorum & mendicorum defectus ſuos oſtentantium, ut ad commiſerationem ſpectatores moveant, quodammodo circumduc cæleſtem Archiatrum, per animæ tuæ noſocomium, morbos tuos ſpirituales ei oſtende, medelam expoſce, atq; ut Eliſæus mortuum Sunamitidis Filium reſuſcitaturus, os ori, oculos oculis, manus manibus appoſuit; ſic & tua membris Chriſti, membris tuis applicatis ſanitatem & vitam ſpera.

ORATIO AD MEDICVM COELESTEM.

O Cæleſtis Samaritane! ecce, quot plagis peccatorum ſaucius, quot morbis vitiorum afflictus decumbo. Domine, ſi vis, potes me ſanare: nam ecce languent aures & oculi mei curioſitatis vitio, ſana me & averte ne videam vanitatem. Languet lingua & os gulæ & vitioſæ loquacitatis morbo: ah! pone cuſtodiam ori meo, ut non delinquam in lingua mea. Languet cor meum amore proprio & corpus totum peccati fomite, tolle utrumque à me. Languet anima ſuperbiæ, iræ & concupiſcentiæ febribus; illas, obſecro, rore gratiæ

tuæ exſtingue. Languent manus ne ti
nuè laborent pro gloriâ tuâ ; langu
pedes ne conſtanter ambulent in viis
is ; confirma me, Domine, in hac ho
& ſtatue pedes meos tanquam cervoru
ut alacriter viam mandatorum & confi
rum tuorum curram, donec compreh
dam, & videam facie ad faciem inco
quem nunc abſconditum adoro & ve
ror in auguſtiſſimo Sacramento. Amen

III. *Suſpiria ad ſacros Chriſti Domini Pedes.*

O Jeſu expertiſſime Animarum no
rum Medice! ego debilis & infir
ad Pedes tuos ſacratiſſimos proſtra
eoſdem in ſpiritu exoſculor, ac per
pedum, id eſt affectuum meorum
ſorum ſanitatem mihi conferri, unice
ſidero.

I. Hi enim ſunt pedes illi ſpecioſi,
per pagos & oppida Judææ & Ga
indefeſſè circuierunt, ut Evangelium
nuntiares, infirmos quæreres, & a
guoribus omnes perſanares: per eo
igitur, ô Jeſu! & me infirmum ſa
reſtitue.

II.